Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36942
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Sampson tulit portas urbis Gaze

Hic Cris

Quia corpus glorificatum ipsum lapidem pertransiuit
Post hec angelus dni in forma hominis de celo descendit
Et videntibus custodibus lapide de hostio reuoluit
Cuius facies sicut fulgur et vestes albe erant
Terra tremuit et custodes territi velut mortui iacebant
Cum autem vires recepissent ad iudeos redierunt
Et omnia que facta fuerant per ordinem narrauerunt
Illi autem in iquo consilio dederunt eis pecuniam copiosam
Vbi diuulgaret vbi fama de xpo mendosam
Vt dicerent ipsis dormientibus esse furatum
Et hec tam a iudeis quam a custodibus vbique est diuulgatum
Notandum autem quod xpus suam gloriosam resurrectionem
Olim prefiguraverat per fortissimum sampsonem
Sampson citatem inimicorum suorum intrauit
Et in ea nocte manens ibidem dormiuit
Et inimici autem eius portas citatis conclusuerunt
Et ipsum mane interficere disposuerunt
Sampson autem media nocte a sompno surgebat
Et portam cum postibus et ianuas secum deferebat
Sic xpus vrbem hostium suorum hec est infernum potenter intrauit
Et ibi usque ad mediam noctem dominice diei habitauit
Media autem nocte destructo inferno anima ad corpus rediit
Et sic xpus qui mortuus fuerat resurrexit
Multa corpora sanctorum cum ipso surrexerunt
Et in trantes citatem ierusalem multis apparuerant